

**www.e-rara.ch**

**Testamentum Novum ex Des. Erasmi Rot. versione, ac postrema eiusdem recognitione**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, [1570]**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-264>

Epistola Pauli Apostoli ad Colossenses

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# EPISTOLA

## PAULI APOSTOLI

ad Colossenses.

### CAPVT I.

1 Post inscriptionem 4 illos laudat, vt  
attentos faciat ad se audiendū: 7 testimo-  
nium doctrine, quā ab Epaphra audierant,  
reddit. 12 Diuinam erga eos gratiam suis  
elogiis prædicat, 19 & omnes nostra salu-  
tis partes in solo Christo omninò sitas esse ex-  
ponit.



**P**AVLVS Apostolus IESV  
Christi per voluntatē Dei,  
& Timotheus frater,  
2 Iis qui sunt Colossis Sā-  
ctis ac fidelibus fratribus in  
Christo, Gratia vobis & pax  
à Deo patre nostro, & Domino Iesu Chri-  
sto.

3 Gratias agimus Deo & patri Domini no-  
stri Iesu Christi semper de vobis, quū ora-  
mus: C. 2

4 Quoniam audiuimus fidem vestram in  
Christo Iesu, & charitatem erga omnes San-  
ctos:

5 Propter spem repositam vobis in cælis,  
de qua prius audieratis per sermonem ve-

racem Euangelij,

6 Quod pervenit ad vos, quemadmodum  
& in toto mundo etiam fructificat: sicut  
& in vobis, ex eo die quo audistis & cognovistis gratiam Dei per veritatem.

7 Quemadmodum & didicistis ex Epaphra dilecto conferuo nostro, qui est fidus pro vobis minister Christi:

8 Qui & exposuit nobis vestram dilectionem in Spiritu.

C. 2

9 Propterea & nos ex quo die audiimus, non desinimus pro vobis orare, & poscere ut impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & prudentia spirituali:

Eph. 4, 1

Philip. 1, 1

27

1. Thes. 2,

12

10 \* Ut ambuletis dignè Domino, ut per omnia placeatis, † in omni opere bono fructificantes, & crescentes in agnitionem Dei:

11 Omni robore corroborati, iuxta potentiam gloriæ illius, ad omnem tolerantiam ac patientiam cum gaudio:

C. 3

† 1. Cor.

1, 5

\* Matt. 3,

17: 17, 5

2. Pet. 1,

17

† Heb. 1, 3

Iohã, 1, 3

12 Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis Sanctorum in lumine.

13 Qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum \* Filij sibi dilecti.

14 Per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum:

15 † Qui est imago Dei inconspicui, primogenitus uniuersæ creaturæ:

16 \* Quod per illum creata sint omnia quæ in cælis sunt & quæ in terra, visibilia & invisibilia,

uisibilia, siue Throni, siue Dominationes,  
siue Principatus, siue Potestates omnia per  
illum & in illum creata sunt:

17 Et ipse est ante omnia, & omnia per il-  
lum consistunt.

18 Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui  
\* est principium, primogenitus ex mortuis:

1. Cor. 15,

11

19 Quoniam in illo complacitum est Patri  
† vniuersam plenitudinem inhabitare,

Apoc. 1, 5

† Iohã. 1,

20 Et per eum reconciliare cuncta erga  
se, pacificatis per sanguinem crucis eius, per  
eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in  
cælis.

14

Inf. 2, 9

21 Et vos qui quondam eratis abalienati, C. 4  
& inimici mente in operibus malis,

22 Nunc tamen reconciliauit in corpore  
carnis sue per mortem, \* vt exhiberet vos Sã  
ctos & irreprehensibiles, & inculpatos in  
conspectu suo:

Luc. 1, 75

Eph. 1, 4

1. Cor. 1, 2

23 † Si quidem permanetis in fide fundati  
ac stabiles, nec dimouemini à spe Euange-  
lij, quod audistis, quod prædicatũ est apud  
vniuersam creaturam quæ sub cælo est, cu-  
ius factus sum ego Paulus minister.

Tit. 2, 11

† Ioh. 15,

6

24 Nunc gaudeo super afflictionibus me-  
is pro vobis, & suppleo quod deerat afflictio-  
num Christi in carne mea, pro corpore i-  
psius, quod est Ecclesia,

C. 5

25 Cuius Ecclesiæ factus sum ego mini-  
ster iuxta dispensationem Dei, quæ data est  
mihi in vos implendi sermonem Dei,

Rō. 16, 25

Eph. 3, 9

2. Tim. 1, 10

Tit. 1, 2

1. Pet. 1, 20

† 1. Tim.

1, 1

26 \* Myſterium quod reconditum fuit à ſeculis & à generationibus: nunc autem patefactum eſt ſanctis illius,

27 Quibus voluit Deus notum facere que ſint diuitiæ gloriæ myſterij huius inter Gentes, qui eſt Chriſtus in vobis, † ſpes gloriæ:

28 Quem nos annuntiamus, admonentes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia: vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu:

29 Ad quod etiam enitor, decertans ſecundum efficaciam eius, agentem in me per virtutem.

## CAPVT II.

4 Vanitatis damnat, quicquid eſt extra Chriſtum. 11 Nominatim de Circumciſione, 16 ciborum abſtinentia, 18 Angelorum cultu loquitur. 20 Vnde conſtituit à decretis per Chriſtum liberatos eſſe.

C. 6

**N**AM volo vos ſcire quantam ſolicitudinem habeam de vobis, & his qui ſunt Laodicię, & quotquot non viderunt faciem meam in carne:

2 Vt conſolationem accipiant corda illorum, quum fuerint compacti in charitate, & in omnem opulentiam certæ perſuaſionis intelligentię, in agnitionem myſterij Dei & Patris, & Chriſti:

3 In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ reconditi.

4 Hoc

4 Hoc autem dico, nequis vobis imponat probabilitate sermonis.

5 \*Etenim quanvis carne sim absens, tamē spiritu vobiscum sum, gaudens ac videns vestrū ordinem, & soliditatem vestræ in Christum fidei. *1. Cor. 5, 3*

6 Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum Dominum, ita in eo ambulate,

7 Sic ut radices habeatis in illo fixas, & in illo superstruamini, confirmeminique per fidem, sicut edocti estis, \*exuberantes in ea cum gratiarum actione. *1. Cor. 1, 5*

8 Videte nequis sit qui vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, iuxta constitutionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christum.

9 \*Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. *C. 7*

10 Et estis in illo completi, qui est caput omnis Principatus ac Potestatis. *Ioh. 1, 14*  
*Sup. 1, 19*

11 Per quem & circumcisi estis circumcissione, \*quæ sit sine manibus, dum exuistis corpus peccatorum carnis, per circumcissionem Christi; *Rō. 2, 29*

12 Consepulti simul cum illo per baptismum, in quo simul etiam cum illo resurrexistis \*per fidem operationis Dei, qui excitavit illum ex mortuis. *Rom. 6, 4*  
*Eph. 1, 19*

13 \*Et vos quum essetis mortui, per delicta & per præputium carnis vestræ, simul cū illo vivificavit, condonans vobis omnia delicta; *Eph. 2, 1*

14 Deleto quod aduersus nos erat chirographo, quod erat contrariū nobis per decreta: & illud sustulit è medio, affixū cruci:

15 Expoliatōsque Principatus ac Potestates ostentauit palām, triumphās de illis per semetipsum.

C.8. 16 Nequis igitur vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte dici festi, aut nouilunij, aut sabbatorum,

17 Quæ sunt umbra rerum futurarum: corpus autem Christi.

Mat. 24. 18 \*Nequis vobis palmam intervertat data opera per humilitatem & superstitionem angelorum, in iis quæ non vidit fastuosus incedens, frustra inflatus à mente carnis suæ,

19 Nec obtinens caput, ex quo totū corpus per commissuras & compagine subministratum & compactum, augetur augmento Dei.

20 Itaque si mortui estis cum Christo ab elementis mundi: quid quasi viuentes in mūdo, decretis tenemini?

21 Ne tetigeris, ne gustaris, neque contrectaris:

22 Quæ omnia ipso pereunt abvfu, iuxta præcepta & doctrinas hominum,

23 Quæ verbo tenus quidem habent speciem sapientiæ per superstitionem ac humilitatem animi, & læsionem corporis, non per honorem aliquem ad expletionem carnis.

## CAPVT III.

1 Terrenis exercitiis quæ pseudapostoli  
 urgebant, 2 caelestia opponit, 5 & à  
 mortificatione carnis orditur: 8 vnde  
 deducit particulares exhortationes, 18 &  
 particularia officia quæ ex singulorum vo-  
 catione pendent.

**I**Taque si resurrexistis vnà cum Christo,  
 I superna quærite, vbi Christus est ad dex-  
 teram Dei sedens.

2 Superna curate, non terrestria.

3 Siquidem emortui estis, & vita vestra  
 abscondita est cum Christo in Deo.

4 Quodcumque Christus manifestatus  
 fuerit, vita nostra, tunc & vos cum illo ma-  
 nifestabimini in gloria. C. 9.

5 \*Mortificate igitur membra vestra ter-  
 restria, stuprum, immunditiam, mollitiem, Eph. 5.3  
 concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ  
 est simulachrorum cultus,

6 Ob quæ venire solet ira Dei in filios in-  
 tractabiles,

7 Inter quos ambulabatis quondam, quū  
 viueretis in his.

8 \*Nunc autem deponite & vos omnia, i-  
 ram, indignationem, malitiam, maledicen-  
 tiam, turpiloquentiam ab ore vestro. Rom. 6.4  
Ephes. 4.

9 Ne mentiamini alius aduersus aliū, post-  
 ea quàm exuistis veterem hominem cum sa-  
 ctis suis, 22  
Heb. 12.1  
1. Pet. 2.1:

10 Et induistis nouum, qui renouatur ad 4.1

*Ge.* 1, 26: agnitionem & \* imaginem eius qui condidit illum,  
3, 1: 9, 6

11 Vbi non est Græcus & Iudæus, Circuncisio & Præputiū, Barbarus, Scythia, seruus, liber: sed omnia in omnibus Christus.

*Eph.* 6, 11. 12 \* Sitis igitur induti, (tāquam electi Dei, sancti ac dilecti) viscera miserationum, comitatem, modestiam, mansuetudinem, lenitatem:

13 Sufferentes vos invicem, & condonantes vobis mutuo, si quis adversus aliquem habuerit querelam: quemadmodum & Christus condonavit vobis. ita & vos.

14 Super omnia autē hæc, charitatem, quæ est vinculum perfectionis.

15 Et pax Dei palmam ferat in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore, & grati sitis.

**C.** 10 16 Sermo Christi inhabitet in vobis opulente cum omni sapientia. Docetēque & cōmonete vos invicem, cationibus, & laudibus, & cantilenis spiritualibus cum gratia, canentes in corde vestro Domino.

*1. Cor.* 10, 17 \* Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo & Patri per illum.

*Eph.* 5, 22 18 \* Vxores, subditæ estote propriis viris, sicuti convenit, in Domino.

*† Eph.* 5, 25 † Viri, diligite vxores, & ne sitis amarulenti adversus illas.

*1. Pet.* 3, 1 20 \* Filij, obedite parentibus in omnibus: hoc enim bene placet Domino.

21 Patres, ne provocetis liberos vestros, ne despondeant animum.

22 \* Serui, obedite per omnia iis qui domini sunt secundum carnem, non obsequiis ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studentes, sed cum simplicitate cordis, timentes Deum.

23 Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus,

24 Scientes quòd à Domino recipietis mercedem hæreditatis: nam Domino Christo seruitis.

25 Cæterùm qui peccarit, reportabit peccatum suum, \* & non est personarum respectus.

## CAPVT III.

2 Ad generales exhortationes redit, 3 et precandi studium, 6 ac sermonis suauitatem præcipit: 7 postremò commendationes & salutationes subiungit.

**V**Os domini, æquitatem & æquabilitatem seruis exhibete, scientes quòd & vos habeatis Dominum in cælis.

2 \* Obsecrationi instate, vigilantes in ea cum gratiarum actione,

3 † Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, vt loquamur mysterium Christi, propter quod & vincit sum:

4 Vt manifestem illud, sicut oportet me loqui.

Eph. 6, 3

Tit. 2, 9

1. Pet. 2, 13

18

Deut. 10, 17

17

Sap. 6, 8

Eccli. 35, 16

16

Rō. 2, 11

Gal. 2, 6

Eph. 6, 9

Luc. 18, 1

1. Thes. 5, 17

17

† Eph. 6, 18

18

1. Thes. 3, 1

4

*Eph. 5, 15* 5 \*Sapienter ambulate erga extraneos, oportunitatem redimentes.

6 Sermo vester semper cum gratia sit salsus conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.

7 De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater, & fidus minister, & conseruus in Domino:

8 Quem misi ad vos in hoc ipsum ut cognoscat quid agatis, & consoletur corda vestra,

*Philē, 10* 9 \*Vnà cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis: de omnibus, vobis exponent, quæ hinc agantur.

10 Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite eum:

11 Et Iesus, qui vocatur Iustus: qui sunt ex Circumcisione: hi soli cooperarij sunt ad regnum Dei, qui fuerunt mihi solatio.

12 Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi, semper anxie laborans pro vobis in precationibus, ut stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

13 Testimonium enim illi perhibeo, quod habeat multum studium pro vobis, & his qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli.

*2, Tim. 4,* 14 \*Salutat vos Lucas medicus dilectus, & Demas.

12

15 Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo illius est congrega-

gre-

gregatio.

16 Et quum recitata fuerit à vobis epistola, facite vt & in Laodicensium Ecclesia recitetur, & eam quæ scripta est ex Laodicea, vt vos quoque legatis.

17 Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in Domino, vt illud impleas.

18 Salutatio, mea manu Pauli. Memores sitis vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

*Missà è Roma per Tychicum & Onesimum.*

## IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES

priorem argumentum, per Erasmus Roterodamum.

**T**hessalonica Macedonia metropolis est: vnde & regionis incolæ Thessalonicenses appellati. Hi in fide semel accepta, tanta constantia perstiterunt, vt & Pauli exemplo, ciuium suorum persecutiones infracto & alacri pertulerint animo, nec vlllo pseudapostolorum suasu quinerint ab Euangelica institutione deflecti: quod veritus Paulus, quem non latebat pseudapostolorum improbitas, cum ipsi non liceret illos inuisere, misit Timotheum, ex quo reuerso cum didicisset illorum constantiam, collaudat eos, gratias agens Deo: atq; id quidem agit cap. j. & ij. In cæteris